Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



91

hic est enim sanguis meus nouui testamenti hic est calix
nouui testamentum in meo sanguine. qui pro multis effundet
in remissionem peccatorum licet enim pro omnibus effusus sit
quantum ad sufficientiam. sed quantum ad efficaciam non fuit
effusus pro omnibus licet pro multis. Dico autem uobis quia non
biba amodo ab hac hora qua in statum hunc sacramentum
de hoc germine vitis sed de vine quod generat in uite.
usque in diem illum cum id biba uobiscum nouum ~~in regno~~
~~patris mei~~ et nouo modo. quod impleuit cum post resurrectionem
sua comedit et bibit cum eis ad declarandum
sue veritatis. Tunc enim bibit nouo modo quia corpus suum
non erat tunc passibile et mortale sed gloriosum. non indigens
cibo uel potu. sed solum comedit ad declarandum veritatem
sue veritatis. in regno patris mei. erunt tunc biba uobiscum ad
modo predicto. licet enim xpus esset beatus expte anime ab instanti
conceptionis. expte in corpus erat viator et passibilis.
cum veritatem sua. sed completur veritatem sua fuit beatus in corpore
et anima. Et biberunt ex eo omnes.

Tunc dixit illis

ihs Omnes uos scandalum patiemini ruina pastoris
in me recedentes a me propter timorem humanum. in ista
nocte futurum imminentia predixit eis certitudinaliter et
determinate ipse. ut cognoscerent ipsum esse deum qui solus
potest futura prescire propter uirtute spiritus sancti enim percutiam
pastorem et dispergentur oues gregis. sed postea resurgam
precedam uos in galilea. Respondens autem petrus ait illi. Et
si omnes scandalizati fuerit in te. ego nunquam scandalizabor.
Non hoc non noscebat quia sic habebat in mente. sed presumptuose loquebatur non considerans debilitatem fragilitatem
sue propter quod graui ceteris permissus est cadere. Et ait
illi ihs Amen dico tibi quia in hac nocte gallus cantet